

per le letere di l' Orator nostro è apresso quella Maestà, portate a loro: laudemo lo pagino cussi.

A dì ultimo ditto. Fo scritto ai rectori di Padoa, come, havendo in Colegio aldito il reverendo don Francesco Pampano archidiacono de li, zercha il ruinar di la capella fata in domo, come scrissono, e vol dar certa justification, però la debano tuor et quella mandarla a la Signoria nostra: per tanto soprasiedeno a far ruinar ditta capella nè innovar nulla.

Noto. Hessendo venuti in questa terra da Cerigo 75 falconi di raxon di Venieri, hanno parte su ditte ixole, zoè, di 24 carali la Signoria ne ha 21 $\frac{3}{4}$ e li ditti Venieri carati 2 $\frac{1}{4}$, et volendoli vender a la Signoria per mandarli a donar in Franza, fono fati veder et aspectando li nostri hanno mandati a tuor, deteno licentia li vendesseno dove volevano; et cussi ozi li feno una patente che a Zorzi Caluzo da Cerigo sia dà passo possi portar ditti falconi a venderli dove li piace, i qual par li mandano in . . .

208 *Exemplum litterarum serenissimi Dominii Venetiarum ad serenissimum regem Portugalie.*

Vetustissima benivolentia et amicitia quæ nobis semper intercessit cum Regia Majestate vestra ejusque serenissimis majoribus, adeo mutuis utrinque officiis confirmata est, ut novo aliquo testimonio haud quaque indigere videatur, illud dumtaxat postulet, illud requirat, ut si quid usu venerit in quo alter alteri commodum facere possit, id perquam libenter fiat. Quod admodum proximis temporibus, cum vi tempestatis actæ triremes nostræ ad Occidentem navigantes a Lisbona divertissent, perhumaniter factum est a Majestate Vestra, quæ illas perquam benigne excepit rebusque omnibus quantum petere aut desiderare potuissent liberaliter commodavit. Quapropter, cum deliberaremus nuper alias mercatorias triremes ad Affricæ oras destinare ad scalas usque Sibilie vel Sancti Lucæ regno Majestatis Vestræ satis propinquas, opere precium facere nobis visi sumus, in eo mercatoribus etiam nostris morem gerere, ut ad Ulixbonam quoque civitatem, si possent conferre ad commercia ibi contractanda. Quod nos ita decrevisse Majestati Vestræ significandum duximus, quantopere ejus in nos amore patitur vehementer rogantes, ut ipsos nostros velit commendatos habere benigne tractare, prout facere semper consuevit erga illos omnes, qui temporibus retroactis cum triremibus nostris illuc appulere. Ad hæc eam vehementer rogamus, ut pro

mauris et judeis qui rito necessario super hujusmodi triremibus vehuntur, patentes litteras dari jubeat, per quas ipsi et res eorum ubique locorum Majestatis Vestræ tuti salvique sint, id quod non abire quoque fuerit Regiæ Celsitudinis Vestræ ob merces quæ ab ipsis ferentur referenturque. Majestatem Vestram optime valere semper optamus.

Data in nostro Ducali palatio 1519 die

Responsio præfati serenissimi Regis Portugalie

Illustrissimo ac potenti principi, amico carissimo, Emanuel Dei gratia rex Portugalie, et Algarbiorum citra ultraque mare, in Africa dominus Guineæ et expeditionis navigationis ac comertii Eliopie, Arabie, Persidie atque Indie S. P. D. et mutuum amoris augmentum. Accepimus V. D. litteras quibus mercatorias triremes, quas in Africam destinaverat, si forte ad nos appulissent, ipsosque mercatores nobis maxime commendabat, atque etiam ut mauros et judeos qui in ipsis triremibus veherentur securos in nostris regnis redderemus, vehementer rogabat. Nos vero nostræ amicitie quæ nobis majoribusque nostris vobiscum semper intercessit, atque in dies mutuis utrinque officiis coaluit haud immerito, libenter quidem vestris votis annuimus, ac si forte triremes ipsæ ad nostra regna diverterint, non solum ipsos mercatores benigne clementerque excipiemus, verum etiam mauros ipsos judeosque, qui pro vestro ritu ibidem veherentur tutos salvosque dimitemus, nec ullam ipsis injuriam in nostris regnis inferri patiemur, quod sit quid aliud usu venerit in quo vobis commodare possimus, id quam libentissime et prout mutuae amicitie ratio postulat profecto faciemus. Diu feliciterque valeat D. V.

Data Thuræ, decimo calendas Junij, anno Natalis Domini 1520.

Copia di uno capitolo contenuto in letere di l' Orator existente apresso la Cesarea e Catolica Maestà, date in Crugne, a dì 18 Mazo 1520.

Ho ricevuto letere del Affaitadi di Portogalo, in risposta de quelle li scrissi io in Santo Jacobo, pregandolo facesse sollicitar la expeditione dil salvo conduto di quella Maestà che Vostra Excelentia li à richiesto per le galie sue. Mi risponde che lui lo in-